

mus; idque consentaneum est eorum in hanc Apostolicam Sedem summæ observantiæ ac pietati quam tu Nobis diserte confirmas. De hoc igitur solatio, quod amantissimi filii Nobis afferunt, volumus ipse eis, nomine Nostro, gratias persolvere. Quod ad ceteros attinet, non desperamus fore ut demum intelligant quanto in errore versati sint; habet enim omnino hoc veritas ut nulla unquam vi possit adeo obscurari et deprimi, quin aliquando pulchrior emergat. Nos autem, nihil pensi habentes quid homines, præiudicatis opinionibus addicti, de Nobis indicent, perseverabimus, quicquid pro apostolico officio debemus, exsequi, Eius nimirum freti præsidio qui nobiscum « omnibus diebus usque ad consummationem sæculi » se fore promisit.

Auspiciem divinatorum munerum ac testem singularis Nostræ benevolentiae, apostolicam benedictionem tibi, dilecte Fili Noster, universoque Clero et populo ecclesiæ Canadensis amantissime impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die XVI m. octobris MCMXVIII, Pontificatus Nostri anno quinto.

BENEDICTUS PP. XV

(Traduction)

A Notre Cher Fils
LOUIS-NAZAIRE BÉGIN
Cardinal Prêtre de la Sainte Église Romaine

BENOIT XV, PAPE

Cher Fils,

Salut et Bénédiction Apostolique.

Votre insigne dévouement envers Nous et envers le Siège Apostolique éclate tout entier dans cette lettre où, tout en Nous remerciant vivement d'avoir obtenu pour votre illustre diocésain la fin de sa longue captivité, vous profitez de l'occasion pour apprécier tout le plan de Notre conduite pendant la durée de la guerre.

Cette intervention de Notre part n'est-elle pas assez claire et assez manifeste pour se justifier d'elle-même à tous les regards ?

La fureur des armes était déjà allumée quand Nous fûmes élevé au Souverain Pontificat; et comme Nous n'étions pas libre de la circonscrire, encore moins de l'éteindre, Nous sommes empressé de travailler — seule chose qui restait à faire —